



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

102. Decisio Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Bichio. Calaguritana  
beneficii. Lunae 15. Ianuarii 1652.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

Abb. num. 16. cum segg. de Regul. Nau. in comment. 1. eodem tit. n. 18. & comment. 4. n. 34. ubi pro ratione considerat, quod professio nullatenus subsistere possit, si que legitimo duarum interuentu personarum, quarum altera suam erga Religionem fidem astringat, altera Religionis erga ipsam obligationem inducat, quam quippe reciprocam professio ipsa contineat, Less. de iust. & iur. d. l. 2. c. 4. sub num. 11. & 61. Roderic. quest. Regul. to. 1. q. 1. art. 2.

7. Nec etiam prefato gradui, ac professioni licet inualida robur addit consuetudo efficacibus, ut ex aduerso supponitur probationibus iustificata, quamuis enim alias legitime constaret, quod Eminentissimus Magnus Magister pro tempore, huiusmodi obedientie Magistralis habitum, seu deuotionis, vel aliter nuncupatum, remisso aliquantulum nobilitatis rigore, ac probationis anno; personis sibi bene visis, deferre consueuerit, non tamen inde concluditur personas illas, eo decoratas, etiam si vota pradiuoluerint, de corpore Religionis euasisse, quamuis piuni, ac laudabile viuendi institutum elegerint, atque honorato habitu prefato coonestati, Equitis nomen assumpserint, ut notat Abb. in rubr. de Regul. numer. primo Nauar. in comment. primo eod. tit. sub num. 18. in fine, & 19. & com. 35. numer. tertio, eod. tit. de Regul. Less. de iustitia & iur. adducto capite. 41. sub numer. 62. §. 6. in fine, vers. aduerte tamen Siluest. in summa in §. Religio in primo quest. prima §. secundum fratres, & bene declarat Roderic. d. quest. prima art. secundo vers. hinc est, quod votum eorum cum segg. & tom. tertio quest. 48. art. quarto & quest. 72. art. primo §. prima conclusio, & in similibus fere terminis Monialium scilicet sub instituto S. Franciscæ Romanæ in Vrbe militantium, tradit idem Nauar. in conf. de statu Monachorum libro tertio, ipsas, licet cum habitus mutatione, ac trium sub emissionem votorum collegialiter viuentes, non tamen Religioles inde professas esse censendas, dum ipsarum Regulam sub titulo veræ Religionis non approbauerat Eugenius Pontifex, sed sub laudabili solummodo institutione viuendi; Adeoque allegata consuetudo ad effectum de quo agitur suffragari non poterit, dum in eisdem terminis vertentis controuersie non ostenditur præcisè seruata, & tamen esset per se necesse probanda, secundum Oldrad. conf. 237. Aymon. conf. 96. n. 4. Anch. conf. 339. n. 8. Casar. de Grass. dec. 6. n. 5. de prob. & coram Seraphin. 326. nu. 2. coram Greg. 45. n. 6. 162. n. 2. & part. 3. recent. dec. 662. n. 3. & part. 1. to. 2. dec. 323. n. 24.

3. Hinc minus ad probationem consuetudinis præsertat deseruiunt, siue Breue sanct. me. Clem. VIII. hortantis Magnam Magistrum, qui Siculum quemdam ad habitum obedientie Magistralis admitteret, eoque titulo Equitem renunciarerit, siue literæ commendatitiæ Cardinalis Aldobrandini nepotis, eiusdem fauore transmissæ. Siquidem illa tantummodo supponunt in Magno Magistro facultatem, eam tamen nullatenus attribuant neque iustificat, nisi aliunde constet tunc verè, ac realiter extitisse, cum ad hunc effectum Breue, ac literæ prædictæ non emanauerint ut dicitur in Clem. ult. §. similiter, ibique post gloss. per DD. communitor de sententia excommunicat. Oldrad. conf. 258. sub num. primo vers. è contra autem cum segg. Rom. conf. 180. num. 4. Rot. decif. 23. in fine de procurat. in antiq. & decif. 108. num. 3. par. 1. & decif. 154. numer. quarto par. secunda diuers. Neque ex iis valet inferri personas eodem habitu insignitas, in ipsa Religione tunc fuisse, ac esse incorporatas, vnde pender solutio dubitationis propositæ.

9. Hinc quoque S. Religioni opitulari non poterit lapsus temporis spatio annorum 30. & ultra, à die per Petrum editæ professionis, quasi beneplacitum Apostolicum valeat inde præsumi. Etenim procedere for-

Tom. VII.

san posset obiectio, si dum temporis cursu obseruantia quoque concureret, nimirum, quod Petrus semper inter Equites habitus fuerit, ac verè Religiosus, ut vtrumque requisitum ad hunc effectum copulatilè necessarium tradit Abb. in cap. Albericus sub numer. tertio de testibus, Alex. conf. 12. numer. 70. & conf. 17. numer. quarto, libro quarto. & pluries respondit Rota videlicet in vna Mediolanen. rescissionis permutationis 10. Innuar. 1587. coram regol. mem. Card. Pamphilio & decif. 176. num. 75. par. quinta recent. & post Pacif. de salu. decif. 170. numer. 8. & in Perusin. bonorum quarta Iulij 1608. coram Pania. Dum itaque obseruantia in casu proposito excluditur ex testibus, deponentibus, Petrum per annos viginti quinque & ultra, nec in Pallio, nec in pectore Crucem detulisse, ab eoque tempore citra inter Equites amplius agnitum non fuisse, nec reuocatum, cursus ille temporis licet longæus; præsumptionem Pontificis assensus inducere non valet, ut notat Socin. in conf. 29. num. 20. cum segg. lib. 1. lason. in l. sciendum in 4. limit. ff. de verb. oblig. Felin. in c. licet n. 33. vers. 7. & ult. de re iud. Ad. ad dec. Pur. 35. n. 7. lib. 2. Rot. coram bo. me. Cocc. decif. 301. n. 3.

10. Prædicta vero certiora redduntur ex resolutione S. Congregationis Concil. Trident. in vna Mittien. sub die 10. Maij 1608. qua Eminentissimi Patres responderunt, Professionem ab huiusmodi Equibus obedientie nuncupatis emissam, nullus esse roboris, atque momenti ad obligandum ipsos Religionij, nisi eorum institutio per Apostolicam Sedem fuerit approbata, vel ab eadem Eminentissimus Magister legitimam ad id facultatem obtineat; Quorum responsa non solum futuris imponendi finem controuersis vim obtinent, sed iustam quoque præferunt interpretationem, in præcedentibus casibus hæctenus non decisis, neque in iudicium deductis pari ratione seruandam, iuxta gloss. in præem. Clem. in verb. de catero, Salas de leg. 97. tract. decimo quarto sect. decima secunda vers. quarto collige, ubi loquitur in specie de resolut. Sac. Congregationis præfate Rot. coram Greg. dec. 310. num. septimo & dec. 17. num. 31. par. quarta tom. secundo recent. & in Meleuitana antianitatis 26. Maij 1640. in §. non obser. quod prædicta ordinatio Reuerendiss. D. meo Decano; Et ad hoc Tribunali semper magna cum reuerentia suscipi solent, ut dictum fuit in Auesana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Card. Sacratio, & coram Buratt. decif. 479. num. 2. & in Meien. Abbatie 19. Iulij 1628. coram Reuerendiss. D. meo Dec. & in Maioricens. parochialis 13. Iulij 1646. coram R. D. P. meo Celfo, & in relatis in Calaguritana clauij 12. Ianu. 1648. in vlt. §. coram R. P. D. meo Corrado, & in Oppiden. processionum 18. Maij 1646. in §. Et hoc iuris dispositio coram me. Et ita vtraque, &c.

## DECISIO CII.

Sacra Rotæ Romanæ coram R. P. D. Bichio.

Calaguritana Beneficij.

Lune 15. Ianuarij 1652.

§. 1. **O**ppositores inter admissos per sententiam Ordinarij latam de mense Maij 1647. ad integrum beneficium morte Petri la. Questa vacans in Ecclesijs Parochialibus Sanctorum Iacobi, & Andreae Ciuitatis Calaguritane, idonei etiam ad Curam anjctarum ab Examinatoribus Synodalibus renunciati fuerunt plures, ut in Summ. Antonij numero secundo, seu Antonius Gualite non obtinente quod alij à dicta relatione appellasset, fuit à Beneficiariis præsentatus & ab Ordinario institutus. Nunc in gradu appellationis de prælatione contendunt

Gg

contendant idem Antonius Gualite, Michael Gutrea, Stephanus Palatios, & Ioannes Gonzales, quorum meritis, & qualitatibus hodie discussis præcellere Antonio, & Michaeli visi sunt Stephanus, & Ioannes, quia sunt ætate, ac Sacerdotio antiquiores, alter ex illis vt infra dicitur est Baccalaureus, & ambo curam animarum aliàs exercuerunt, quod in his terminis ponderauit Rota in pluribus decisionibus relatis in *Calaguriana Beneficij della Casa della Reina* 27. *Maij* 1648. §. quod autem coram Reuerendiss. Terracinen. & in *Calaguriana Beneficij de Logrono* 11. *Februarij* 1650. sub §. 1. coram R. P. D. meo Verospio, facilius contra Michaelẽ qui in examine habito in partibus, & iterum prima vice in Curia fuit reprobatus, quamuis in tertio approbationem reportauerit; nam vt responsum fuit in *Calaguriana Beneficiorum* 26. *Iunij* 1648. §. quo magis coram meo, tertium examen non praeiudicat oppositoribus non citatis, qui præterea eo quod ab omnibus fuerunt approbati censentur digniores Michaelẽ bis reprobo *Buratt. decis. 362. numer. 9. in fin. & numer. decimo* Rota in *Calaguriana Beneficij de Logrono* 27. *Aprilis* 1646. §. quod veros. vers. cum tamen, coram R. P. D. meo Rojas.

2. Neque Antonium inuat supra memorata institutio Ordinarij sine prouisio Apostolica ex causa concordie cum Michaelẽ inite obtenta: nam institutio Ordinarij tunc demum præsumptionem dignioritatis facit, cum ab Ordinarij iudicio præelectionem, videlicet habentis pendet, secus in casu nostro quo cadit super præsentatione beneficiatorum, eamque sequi Ordinarius debuit, & sic ipsorum Beneficiatorum dumtaxat iudicium præualeat, quod ex præfatis aliorum cooppositorum meritis erroneum dignoscitur, vt in puncto respondit Rota in *Calaguriana Beneficij* 27. *Novembris* 1648. §. fin. coram meo. Eoque minus eidem præsentationi, & institutioni deferri debet, cum fuerit declarata attentata vt fuit ponderatum in d. §. fin. & in dec. 572. numer. 9. part. 1. recent. *Calaguriana Beneficij de Ziego* 6. *Februarij* 1651. coram R. P. D. meo Verospio, in *Calaguriana Beneficij de Nieua* 28. *Aprilis* eiusdem anni coram R. P. D. meo Otthobono.

3. Vnde nil refert, quod ex Constitutione Clem. VIII. quia plures oppositores declarati fuerunt sufficientes ad Curata Beneficij præsentare potuerint quem maluerint, & sic Antonium non attento an alij sint digniores: quia præsentatio attentata est, ac si non emanasset Rot. coram *Buratt. dec. 642. numer. 6. & decis. 16. numer. 3. apud Moder. Perus. de manu.* & verius est quod etiam ex pluribus approbatis ad curam præsentandus est dignior, itaut arbitrium Beneficiatis concessum liberum quidem sit vbi de alterius ex approbatis præeminentia non constat in quibus terminis loquitur *decis. 572. numer. 8. par. prima recent. at de conuerso digniori sit debitum, prout eadem constitutio disponit in casu plurium approbatorum ad simplicia, & bonum virum decet, vt declarauit Rota in d. Calaguriana Beneficij §. & hic, coram meo, quæ iuxta inueteratum stylum huius sacri Tribunalis non potest incidenter in dubium ruocari, & solidissimis nititur fundamentis, idemque in terminis plurium approbatorum ad curata decilum prius fuerat in *Calaguriana Beneficij de Lumbrietas* quarto *Iunij* 1646. §. ponult. coram R. P. D. meo Otthobono.*

4. Prouisio autem Apostolica cum emanauerit pro confirmatione concordie, ideoque ac eius limites restringat *l. Aurelius 29. §. testamentos. ff. lib. leg. c. 1. & 2. de confir. 2. tit. vel inult. Surd. conf. 349. numer. 7. Rot. decis. 301. numer. 1. p. 1. recent. non nocet Ioanni, & Stephano in ipsa concordia non nominatis Bald. in l. 3. n. 3. vers. sed quid si iste, C. si aduersus rem iudic. Corn. conf. 8. numer. 6. vers. quia confirmatio l. 3. Gabr. conf. 129. n. 18. & 19. l. 1. Mohed. decis. 7. numer. 1. de rest. spoliat. Buratt. decis. 362. numer. 9. in fin. & numer. decimo*

*rat. decis. 1-0. n. 5.* Præsertim stante clausula spèciali appositâ dummodo tempore date præsentium non sit alteri ius questum, qua & si non præferatur ius questum ex sola oppositione iuncta etiam examinatorum approbatione dixerit Rot. d. decis. 572. numer. 6. & 7. par. 1. recent. ea ratione quia tale ius non est considerabile, & validum, cum possent Beneficiarij præsentare quem maluissent, quod vt supra dicebatur, intelligendum est data in cooppositoribus æqualitate meritum, vt etiam decilum fuit in *Calaguriana Beneficij S. Martini* 10. *Maij* 1649. §. & quidem, coram R. P. D. meo Corrado. præferatur sanè quando alter ex illis est dignior, & res fuit in iudicium deducta, vt respondit Rot. coram *Put. decis. 352. numer. secundo l. tertio in cor. decis. 97. numer. 2. par. 3. recent. & in d. Calaguriana Beneficij de Logrono* 11. *Februarij* 1650. §. fin. in fin. coram R. P. D. meo Verospio, & prius in alia *Calaguriana Beneficij septimo Maij* 1638. §. 1. & seq. coram Reuerendissimo Salamantino.

5. Nimirum dignior quippe qui iuxta constitutionem Clementinam præsentare debuit assimilatur præsentato Lotther. de re benef. l. 2. quest. 38. numer. 26. & seq. *Put. decis. 252. sub numer. 2. & 3. l. 3. in cor. Rot. d. decis. 97. numer. 3. par. 3. recent. in Tarraconen. Beneficij. 10. Ianuarij* 1639. coram Reuerendiss. Salamantino, & in *Grundem. Beneficij* 17. *Iunij* 1644. coram meo. Et ipsa litis introductione addit ius, cui Papa nisi illius mentionem faciat non censetur voluisse præiudicare *cf. in vlt. pend. & c. fin. de const. notat. Card. g. 6. l. mol. sub n. 10. vers. & sic ex prædictis, Arcin. numer. 7. vers. per textum Casad. d. 18. numer. 6. de preben. Buratt. dec. 779. numer. 10.* Et gratias dicitur litem quoad Stephanum, & Ioannem tunc temporis fuisse extinctam eo quod à sententia institutionis non appellauerant; dum enim non probatur illos fuisse personaliter citatos, appellare poterunt à die scientie *Ang. in l. 1. vers. & ideo, C. temp. appell. Capic. dec. 139. in fin. Rot. dec. 16. numer. 2. de dol. & ceterum in nou. dec. 46. numer. 2. de appell. in antig. dec. 5. numer. 2. p. 1. diuers. & in Volaterrana Prioratus 5. *Maij* 1645. §. neq. res iudic. coram meo, & appellationem necum à Michaelẽ, sed etiam ab aliis cooppositoribus interpositam prosequi *Scac. de appellat. quest. decima secunda, numer. 74. & seq. post Salyc. & alios ibi allegatos, & in his terminis fuit dictum in Calaguriana Beneficij de Logrono* 20. *Novembris* proxime præteriti coram R. P. D. meo Verospio.*

6. Inter ipsos verò Stephanum, & Ioannem, hic dignior, & præferendus vilis est, tum ob gradum Baccalaureatus quo caret Stephanus, quemque Rota in his terminis semper magni fecit, vt dictum fuit in *supra citata Calaguriana Beneficij della Nieua* coram R. P. D. meo Otthobono, & in *Calaguriana Beneficij de Logrono* 20. *Novembris* proxime præteriti coram R. P. D. meo Verospio, in *Calaguriana Beneficij de Ziego* 5. *Februarij* 1651. coram eodem.

7. Tum quia necum est filius naturalis, sed originarius Ciuitatis Calaguritanæ, atque descendens ab auis & matre Parochianis Ecclesiæ, S. Andree in qua situm est beneficium controuersum, vt probant testes dati in eius Sum. n. 1. quæ qualitas originis in loco beneficij ponderatur ad effectum prælationis in *Calaguriana Beneficij de Logrono* 27. *Aprilis* 1646. §. quod verus, coram R. P. D. meo Rojas. Tum tertio quia curam animarum in eadem Ecclesia, de qua agitur, exercuit, quod ponderauit Rot. in *supra citata Calaguriana Beneficij de Logrono* 11. *Februarij* 1650. §. 1. vers. in eadem, coram R. P. D. meo Verospio, *fuit. decis. 373. numer. 1. & 2. par. 4. tom. 2. recent. ac text. in cap. nullus, cap. obtinuit. c. 1. distinet. c. cum inter Canonicos, bique gloss. verb. allam de elect.*

8. Non obstat, quod Ioannes possideat aliud integrum beneficium, ac propterea præferendus sit Stephanus nullum

Nullum aliud beneficium habens; iuxta *rext. in c. is, qui de preben. in 6. Garz. de benef. 7. cap. 9. num. 12. & 3. Seraph. decis. 767. nu. 1. Penia in his terminis decis. 188. numer. 3. & 4. Quia hoc non probatur nisi ex fidelibus extrajudicialibus datis in Sum. Stephani n. 6. & 7. cum tamen tanquam fundamentum intentionis plenè, & concludenter probari debuisset, tum paupertas Stephani, qui imò ad titulum alterius beneficij sacris Ordinibus insignitus asseritur, tum pacifica possessio Ioannis asseriti beneficij, quodque illud sufficiat ad eius honestam sustentationem; nam extra terminos regulæ Cancellariæ 17. de concurrentibus in data, quæ beneficium etiam minus sufficiens satis esse ut non beneficium praeferatur, tradit *ibid. Mandos. & Solo. a Cokier. relati in Lucana Cappellania 7. Iunij proxime præteriti §. posita verò, coram me. certum est de iure communi, quod nisi beneficia aliàs sint incompatibilia assecutioni secundi etiam in concursu non habentis beneficium, non obest primus honesta sustentationi non idoneum, ad tradita per *Innoc. in c. fin. numer. 1. de Cler. non resid. & in c. cum iam datum num. 2. & 4. de benef. par. 11. cap. 5. num. 264. & 307. & in puncto Rot. in d. Calaguriana Beneficij della casa della Reina §. minus facti, coram Reuerendiss. Terracinen. vbi vltèrius ponderatur, quod beneficiatus maioribus qualitatibus præditus præferendus est non beneficiato, vt etiam dixit Rot. dec. 61. n. 4. p. 3. recent. & in d. Lucana Cappellania §. non obstat coram me, & nuperrimè in Calaguriana Beneficij de Bannariis 11. Decembris proxime præteriti coram R. P. D. meo Ottobono.***

Et ita decisum omnibus informantibus.

## DECISIO CIII.

Sacrae Rotae Romanae coram R. P. D. Bichio.

Romana, seu lanuena Cambij.

Mercurij 26. Iunij 1652.

§. 1. **Q**uicquid de via executiua afferunt duæ priorè decisiones editæ sub die 17. Nouembris, & 18. Martij proxime præteriti, causa hodie super eisdem posita confirmatur Domini, cum negari non possint, aut facultates A. C. aut consensus Sitorum in eorum literis expressus, quod Baldus possit se releuare in Nundinis vbi executiue proceditur (maximè quia vsitatus modus se reuelandi in Nundinis est mediantibus literis cambij paratam executionem habentibus) aut earundem literarum complementum per effectiuam solutionem iuxta illarum tenorem sibi in Balbo factam, quæ, etsi in materia cambiorum de vsuris suspecta non probetur per confessionem creditoris, nisi aliunde de numeratione constet quando persona recipientis est realiter distincta à persona soluentis; probatur sane vbi idem est physicè, soluens est recipiens, quia tunc impossibile est dare à parte rei actum numericè solutionis, & receptionis, hoc est in eodem subiecto actionem, & passionem *l. Vranus, ff. seruit. & ban. præd. l. 1. ff. quemadm. seruit. amit. l. neque pignus, ff. reg. iur. Rota dec. 276. num. 6. p. 6. recent. & dec. 213. num. 5. inter impress. post. Zacch. de obligat. Cameral. & quitantia ipsa ac scripturæ directio in libro soluere debentis habet implicitum actum numerationis non aliter practicabilis, quam per modum equipollentem; ideoque admittendum Rotæ decis. 32. numer. 10. vers. merito, p. 3. recent. in puncto Cances. variat. ref. tom. 2. cap. 6. numer. 210. Rot. lanuena. decis. 1. num. 2. & 22. vbi quod hoc indubitatè est in præiudicium mandantis solui.*

2. Præsertim quia vltro adnotata est solutio à tergo

Tom. VII.

literarum, & in libro nuncupato Scartafaccio, quod vocant di fiera, & Balbus de solutione sibi in facta certioravit Siro per epistolam successiue ad alios scriptam sub die 11. Nouembris 1649. quæ non loquitur de partitis terminatis in præcedenti Feria Augusti, vt ex aduerso supponitur, sed in feria Sanctorum, ibi in *questia fiera de Santi riceunta, &c. Summario primæ positionis pro Balbo n. 5. eiusdemque tenoris est responsio Sitorum ad dictam Epistolam, ibi in risposta del vostro spaccio di fiera passata de Santi dicto Summario nu. 6. vnde verum est dicere, quod Siro solutionem vt supra factam approbarunt, & propterea eam impugnare hodie non possint *c. quod semel, de reg. iur. in 6. l. in diem, ff. acq. plu. arce. Cephal. cons. 386. n. 29. Riminald. iur. cons. 362. n. 4. & 35. Decian. respon. 2. n. 148. lib. 1.**

3. Hincque resultat etiam iustitia mandati executiui contra Siro ad instantiam Balbi relaxati pro retributione scutorum 548. auri quæ de eorum ordine Balbus soluit, cum sufficiat procuratori docere de implemento ordinis sibi directi vt contraria actione mandati repetere possit, quod soluit ex allegatis in prima decisionis, §. sed de re petenda.

4. Non obstat, quod cambium, de quo agitur, proueniat ad alio scut. 20000. & alio scutorum 9325. marcarum contractis de anno 1640. tum quia diuersum esse apparet ex quo priora illa duo limitata erant pro vna tantum feria; Cumque ad hoc vltimum cambium processum fuerit creando debitum contra mandantem absque vlla relatione ad antiqua, & accipiendo cambium de nouo factum per mandantem sine aliqua noua specificatione, quod sit factum in continuationem antiquorum, eo minus eorum continuatio dici potest ad quem effectum satis non est, quod ab illis occasionaliter dependeat iuxta theoriam Ancaran. in c. accessorium sub n. 16. vers. præterea isti duo actus de reg. iur. in 6. Baptista de S. Blasio tr. de correlat. quasi. 66. num. 54. Pacian. de probat. l. 1. cap. 28. in addit. l. F. Rota in Engubina Erroris calculi 26. Aprilis 1641. coram Reuerendissimo Salamantino, & in Romana, seu Velitana restitutionis in integrum 17. Decemb. 1646. coram me. Et sufficit de hoc dubitari posse, ne per hanc exceptionem iudicium executiuum retardetur, vt ponderant primæ decisiones §. fin.

5. Tum etiam quia continuatio cambiorum non est illicita, aut damnata à Constitutione san. mem. Pij V. nisi quando primum cambium contractum fuit cum pacto, quod accipiens non possit in primis Nundinis, pecuniam restituere, & cambium extinguere, hoc enim casu, quia debitor cogitur pecunias tenere sub vsuris, cambium dicitur constitutum pro pluribus Nundinis, & propterea tanquam vsurarium à dicta Constitutione reicitur. Aliud autem est quando, prout hic pecunia data fuerunt pro primis Nundinis addita solum facultate cambiandi casu, quo in illis debitum non soluitur; nam tunc cum sit in potestate debitoris pecunias restituere in primis Nundinis & sic se eximere ab onere vsuratum, non dicitur ab initio contractum cambium pro pluribus Nundinis, & cessante coactione continuandi contemplata à Constitutione Piana, cessat pariter dicta Constitutio, licitumque est conuertere debitum in aliud cambium, quod dicitur nouum, & non idem, vt doctè distinguendo firmatum fuit in Romana pecuniaria, seu cambiorum 10. Iunij 1616. secundo principaliter, coram bon. mem. Cardinali Sacrao, & in Romana pecuniaria 13. eiusdem mensis Iunij coram Sanctissimo Domino Nostro impress. part. 4. recent. decis. 304. num. 1.

6. Quatenus igitur Siro debitores in primis Nundinis anno 1640. dicta scut. 20. mil. & alia 9325. integrè non restituisent eadem cambia, originaliter Nundinalia ex mutuo consensu partium desumpto à continuatione, & retentione literarum, pro singulis

G g 2 ferijs